



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 2. Ferdinandi Regis responsum ad postulata Austriacorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

contulerant, ut iussi erant, Provincia-
rum Deputati, cum ergo ibi Romano-
rum Rex eis gravi oratione exponeret,
in quanto discrimine propter imminen-
tem Turcarum potentiam una omnes
versarentur, ac propterea ab eis au-
xilia, pecuniamque exigeret, ut infide-
lium immanitas, atque sævitia reprimi
posset, illi Ferdinando responderunt
porrecto libello, in quo præprimis de
Religione agi postulabant, petentes, ut
ipsi eodem beneficio, quod Confessio-
nis Augustanæ fociis fuit concessum, frui
permitterentur, ac proin puram doctri-
nam libere profitendi facultatem habe-
rent, eademque libertate valerent ejus-
modi Sacramentorum administratione
uti, qualem Christus ipsemet instituit.
Postea in suo libello supplici hæc sub-
jungunt. „Hoc si facias, Rex poten-
tissime, nos quoque nulli sumus offi-
cio defuturi, sed libentissimis animis,
quicquid ad communem patriæ defen-
sionem, atque Salutem pertinet, con-
feremus, & tuis omnino dictis, ac po-
stulatis, quantum erit in nostra facul-
tate, satisfaciemus.

§. II.

*Ferdinandi Regis responsum ad po-
stulata Austriacorum.*

Sæc. XVI.
A.C. 1556.

*Sleid,
Thuan, l. c,
Raynal's
annal, hoc
ann. n. 23.*

Octavo post die Ferdinandus ad Deputatorum postulata hunc in modum respondit: „Dum conditionem meam, atque dignitatem, quam possideo, diligenter expendo, dum cogito me jam inde ab ineunte ætate secutum esse Christianæ, & Catholicæ Ecclesiæ præcepta, more Majorum, a quibus hanc & religionem, & disciplinam accepi per manus traditam, equidem reperio, non mihi licere, vobis in eo, quod petitis, assentiri. Non quidem ex eo, quod populo meo gratificari nolim, sed quod videam non esse fas, ut Ecclesiæ Christianæ præjudicem, ejusque leges immutem, & fatalaria decreta, meo quodam arbitrato, cum illa mihi potius audienda sit, ut Christus ait. Verumtamen, qui jam olim habeo compertum, quantis malis occasionem præbeat hoc in Religione dissidium tam acerbum, equidem una cum fratre Cæsare multis nunc annis in hoc fui totus, ut ad compositionem veniretur, ideoque crebris Comitibus, & colloquiis aliquot tentata res fuit, & interventu nostro semel, & iterum est inchoatum Tridenti Concilium; quod vero nullam ad frugem actio pervenerit, id nobis profecto minime tribui potest, nec obscurum est, quibus consiliis, & artibus tum impedita res fuerit

„fuerit. Jam vos quoque puram doctri-
 „nam, & concessum pacis nuper factæ fu-
 „per religione, beneficium vobis concedi
 „petitis: equidem ut antehac nemi-
 „nem a vera religione depuli, sic in-
 „posterum quoque minime sum factu-
 „rus: deinde non minus estis, quam
 „aliorum Principum populi, in Augu-
 „stano decreto comprehensi; nam ejus
 „Decreti in Protestantium favorem con-
 „diti hæc est sententia, ut quilibet
 „Princeps sæcularis Religionem, quam
 „voluerit, sequi valeat, (*) & sui
 „Principis religionem populus sequa-
 „tur: Principibus autem non Ecclesia-
 „sticis permiffum est eligere eam, quam
 „velint ex alterutra religionem, eo quod
 „Principis delectu populus debet esse
 „contentus: verum ita tamen id fiat,
 „ut ii, quibus ea religio, quam Prin-
 „ceps elegit, non probatur, liberam
 „habeant vendendi suas facultates, &
 „alio commigrandi potestatem, nullo
 „cum ipsorum existimationis detrimento.
 „Quod cum ita sit, vestrum est officium
 „in veteri, & catholica religione, quam
 „ego profiteor, permanere.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1556.

§. III.

(*) Hæc verba in Sleidano, ex qua Con-
 tinuator cetera descripsit, desiderantur.